Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Quod capis, alter habet

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

QVOD CAPIS, ALTER HABET.

O Curas hominum ! O quantum eſt in rebus inane!

Hic tametſi liberis orbus, cenſum tamen alieno hæredi nutrire non deſinit : iſte, cum diu parcè vixerit, opibusque familiæ congerendis ævum conſumpſerit, quot filios, totidem cadaver exſpectantes vultures circum ſeſe habens, tandem exſpectato fine ſupremum diem claudit, ac perſonato fletu nudus in terram abditur. Saladinus, qui Syriam, Ægyptum, ac Africæ bonam partem ſubegit, vicinus morti, in cogitationem hanc ſeriò deſcendiſſe dicitur, ac proinde ſupremâ voluntate voluiſſe, pro omni pompâ funebri, tunicam tantum interiorem in haſtâ ſublimem offerri, cum acclamatione : Vnũ hoc ex domitore orientis reſtare. *Eſt ſanè, eſt, inquit Eccle. 5. 12. alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, divitiæ conſervatæ in malum domini ſui : pereunt enim in afflictione peſſimâ. Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Quid ergo prodeſt ei, quod laboravit in ventũ, cunctis diebus vitæ ſuæ? Cognovi, inquit idẽ cap. 3. 12. quod non eſſet melius, quã lætari & bene facere in omni vitâ, hoc enim donum eſt Dei.*

ACh! hoe ydel zijn de ſorghen,
Die den armẽ menſch verworgen,

Den deſen, al hoewel ſonder kinderen, en laet niet af ſchatten te verſamelen voor een erfgenaem, die hy niet en kent. Den ghenen, kinderen hebbende, mitſgaders langhe en veel voor de ſelve hebbende geſorcht, en heeft menichmael, voor al ſijn ſorghen, gheen andere vergeldinge, als de ſorge van ſyne kinderen, duchtende dat hy te lange leven ſal : werdende dagelijcx vande ſelve niet anders beſien, dan gelijck een ſtervende ghedierte, van een gragen giervoghel : tot dat hy ten laetſten, met ghemaeckte ende uytgheperſte tranen, naeckt in het diepte der aerden neder wert gelaten. Saladijn die Syrien, Ægypten, ende een groot deel van Africa t'onder heeft gebracht, gevoelende ſijn tijdt daer te zijn, na dat hy ſich ſelfs ernſtelijck in deſe bedenckinghe hadde ghegheven, heeft eyndelijck by uyterſte wille bevolen, datmen voor de bare in plaetſe van pronck-kleederen, prachtighe wapenen, ofte andere lijckcieringhe, alleenlijck ſijn hemdenrock, aen een lance ghehecht, ſoude omdragen; met een by roep; van de overwinner van ooſten, is dit maer alleen overich. Dat is een booſe plaghe, ſeydt Salomon, die ick ſach onder der ſonnen : Rijckdom bewaert tot ſchade, diens, die hem heeft : want den rijcken komt om met grooten jammer. Ghelijck hy naeckt van ſijns moeders lijf ghekomen is, ſoo vaert hy weder henen. Wat helpet dat hy in den wint ghearbeyt heeft? alle ſijn leefdaghe heeft hy in duyſtere ghegeten, &c. Ick mercke, ſeyt den ſelven, datter niet beter en is als wel doen en vrolijck zijn.

LVC. 12.

STulte, hac nocte anima repetetur à te, quæ autem paraſti, cujus erunt?

De imperatore Severo memoriæ proditum eſt : eum, cum ſenſim mortem ſibi imminere ſenſiſſet, linteum, in quo tumulandus erat, per caſtra conto levatum circumferri, & per præconem edici juſſiſſe; En! ex ampliſsimis regni opibus, quod unicum Severus imperator ſecũ auferet.